¶ Quo facto scias etiam distantiam illarum que post additionem vel subtractionem proueniunt a linea meridiana: scīm ꝙ prius dictum est. ꝛ ille vocantur hore secunde distantie a meridie. Cum quibus quere diuersitatem aspectus in longitudine: recte per eundem modum sicut prius feciſti: equando scilicet pro horis et minutis et loco lune in Zodiaco: epiciclo: et ecentrico. Et vocatur diuersitas aspectus secunda. Quam etiam diuide per superationem lune in vna hora: eodem modo vt prius. Et tunc hore minuta et secunda que proueniunt: vocantur hore secunde diuersitatis aspectus. quas adde horis vere coniunctionis diebus equatis: scilicet horis quibus addidisti horas prime diuersitatis. ꝛ non aggregato ex horis vere coniunctionis: et horis prime diuersitatis. Et hoc si inter locum lune ꝛ gradum ascendentem fuerint plures gradus ꝙ nonaginta. Vel subtrahe ab eis. s. ab horis vere coniunctionis. ꝛ non ab horis que remanent post subtractionē horarū prime diuersitatis aspectus ab horis vere coniūctionis. et hoc fac si inter locū lune ꝛ gradū ascēdentē fuerit pauciores ꝙ. 90. ḡ.

Deinde istarum horarū que tibi nunc post additionē vel subtractionē ꝓueniūt
etiam scias longitudinē a linea meridiana: sicut prius. que vocabantur horē ter
tie distantie a meridie. Et cum illis iterum quere diuersitatē aspectus in lōgitu-
dine: eodem modo operando sicut prius. et hec erit diuersitas aspectus tertia.
¶ Deide ꝓsidera an ista diuersitas aspectus tertia sit maior secūda: aut minor:
aut par. Si pares expeditus. quia tunc secūda diuersitas aspectus fuit equa-
ta et vera. cum cuius horis procede vt infra patebit: quia ipse sunt horē medie
eclipsis. Quia tunc quantitas diuersitatis aspectus Lune in lōgitudine erit eq̄-
lis minutis que sunt inter Solem et Lunā eadez horā. ¶ Si ꝙo diuersitas aspe
ctus tertia sit maior secunda. tunc diuersitas aspectus ista horā erit maior minu
tis que sunt inter Solem ⁊ Lunam tantū quantū diuersitas tertia excedit secū-
dam. Si autē diuersitas tertia sit minor q̄ secunda. tunc diuersitas aspect⁹ eadē
horā erit minor minutis que sunt inter Solem ⁊ Lunam: tantum quantū diuer
sitas secūda excedit tertiam. Quare oportet te equare: ⁊ querere horam in qua
diuersitas aspectus in longitudine sit equalis minutis inter Solē ⁊ Lunā eadē
horā: quia in ipsa erit medium eclipsis. Et hoc fac illo modo. Si diuersitas aspe
ctus tertia fuerit maior secunda: scies quāto superet eam. ⁊ serua differentiam.
Et tunc si longitudo Lune ab ascendente fuerit minor. 90. g̃. tunc ex minutis ho
rarum tertie distātie coniūctionis a meridie: quas per tertiam diuersitatē aspe
ctus inueniſti: id est ex minutis horē: q̄ sequūt horas completas: subtrahe sextā
partem vnius horē: si potes. hoc est si sunt tot minuta horē vltra horas comple-
tas q̄ possit ab eis subtrahi sexta pars horē: id est. 10. minuta. Si ꝙo ex illis mi-
nutis non poteris subtrahere sextam partē vnius horē. tunc subtrahe octauam
id est. m̃. 7. et. ꝛ̄ .30. vel decimā partem: id est. m̃. 6. ⁊ sic de alijs: prout melius po
tes: ita vt horam integram non frangas. Si ꝙo longitudo Lune ab ascendente
fuerit plus. 90. g̃ tunc adde sextā partē horē: aut octauā: vel decimā: minuti que
sunt vltra horas cōpletas tertie distantie. ita tñ q̄ nō addas tantū vt ꝓficias in-
tegram horam. Et eius quod post additionē vel subtractionē prouenerit: quere
diuersitatē aspectus in lōgitudine quartā. ⁊ vide quantū illa quarta excedat ter
tiam: vel econuerso: subtrahendo minorē de maiorē. Et tunc illam differentiaz
tertie et quarte diuersitatū aspect⁹ multiplica per. 6. si addidisti vel subtraxisti
sextam partem vnius horē. Vel per .8. si addidisti vel subtraxisti octauam partē.
Vel per. 10. si addidisti vel subtraxisti decimā partem horē. ⁊ sic de alijs. Et per
istam multiplicationē non fit variatio denominationis. Sicq̄z proueniet diuer-
sitas aspectus que debetur vni horē. quam subtrahe a superatione Lune in vna
hora. et quod remanet: erit motus Lune equatus. per quem diuidetur differen
tia inter secundam ⁊ tertiam diuersitatis aspectus: primo vtrūq̄z reducendo ad
eandem denominationē. ⁊ tunc in numero quotiente proueniūt horē. Et si non
posset differētia diuidi per motum Lune equatū. tunc multiplica per. 60. ⁊ pro-
ductum diuide per idem quod prius. ⁊ prouenient in quotiente minuta horē.
Et si adhuc non potest diuidi: multiplica adhuc per. 60. ⁊ diuide sicut prius. et
proueniūt ꝛ̄ horē. et sic quantū vis. ¶ Postea illud q̄ ꝓuenit de horis ⁊ minuti
vel de minutis tm̃: adde horis secunde diuersitatis aspectus. et quod ꝓuenerit

ſerua. ⁊ erunt hore ſecunde diuerſitatis aſpectus equate. Si vo diuerſitas aſpectus tertia fuerit minor q̄ ſecunda: ⁊ ſi longitudo fuerit minor. 90. g̃. adde ſextā partem vnius hore: aut octauam: vel decimā. ⁊ ſic de alijs: vt melius poteris. ita tamen vt horam integram compleas. Si fuerit longitudo plus. 90. g̃. ſubtrahe ſextam partem vnius hore: aut octauam: vel decimam. ſic tamen q̄ horam integram non frangas. Et hoc eſt conuerſum eius qnod prius habuiſti. ſ. quādo diuerſitas tertia erat maior ſecunda. et tunc eius quod prouenerit quere diuerſitatem aſpectus in longitudine quartam. Et tunc cōſidera quantum ſuperatur quarta a tertia: vel econuerſo. ⁊ exceſſum multiplica per. 6. vel. 8. vel. 10. ſcōm q̄ addidiſti vel ſubtraxiſti ſextam octauam vel decimam partem hore: ſicut prius dictum eſt. ⁊ inuenies diuerſitatem aſpectus que debetur vni hore. ⁊ tunc huic quod proueniet adde ſuperationem lune in vna hora. ⁊ prouenit motus lune equatus. per qnem diuide differentiam inter ſecundam ⁊ tertiam diuerſitatem aſpectus ſcōm doctrinam iam dictam. ⁊ quod proueniet ſubtrahe ab horis ſecunde diuerſitatis aſpectus. ⁊ puenient hore ſecunde diuerſitatis aſpectus eq̃te. et ſerua eas. Hoc autē raro euenit. ſ. q̄ ſecūda excedit tertiam: id eſt q̄ tertia eſt minor ſecunda: niſi tunc luna fuerit prope horizontem. ⁊ tunc inter duas diuerſitates differentia minima apparebit. Et hec eſt ſententia Albategni in diuerſitate aſpectus lune pro eclipſi Solis inueniēda: quando diuerſitas aſpectus tertia fuerit maior aut minor ſecunda. ¶ Habitis igit horis ſecūde diuerſitatis aſpectus equatis: multiplica eas per motū ſolis in vna hora: ⁊ etiam per motū lune in vna hora: pro quolibet ſeparatim. ⁊ proueniens tibi ſerua: quodlibet per ſe. ⁊ illa oſtendunt quantū ſol ⁊ luna mouentur in predictis horis ſecunde diuerſitatis aſpectus. Et tunc ſi longitudo ab aſcendente illa hora fuerit minor. 90. gradibus: predictas horas ſecūde diuerſitatis aſpectus equatas ſubtrahe ab horis veriſſime coniūctiōis diebus equatis. ⁊ prouenit coniūctio viſibilis: que eſt mediū eclipſis. ⁊ ſubtrahe motū ſolis in minutis horis que iam dixi debere ſeruari a loco ſolis. ⁊ motū lune in eiſdem horis ſubtrahe a loco lune inuento veriſſime coniūctiōis. Hoc idē ſubtrahe ab argumento lune: ⁊ proueniunt oia iſta equata ad medium eclipſis. Deinde hoc idem quod ſubtraxiſti a motu lune: ⁊ ab argumento lune: ſubtrahe etiam ab argumēto latitudinis lune ſecūdo equato: prius ſeruato. Deinde vide quantū caput draconis mouetur ſcōm curſum ſuum medium in horis ſecunde diuerſitatis aſpectus equatis: intrando. ſ. tabulā medij motus capitis draconis: cū horis ⁊ minutis ſecunde diuerſitatis aſpectus equatis. ⁊ illum motum etiam ſubtrahe ab argumento latitudinis ſecundo equato. et prouenit argumentū latitudinis tertio equatum ad mediū eclipſis. ¶ Si vo longitudo lune ab aſcendente ſit plus. 90. g̃. tunc omnia iſta que tibi nunc precepi ſubtrahere ⁊ a coniunctione vera dieb⁹ equatis: ⁊ a vero loco ſolis: ⁊ a vero loco lune: ⁊ ab argumēto lune: ⁊ ab argumēto latitudinis ſecundo equato debent addi eiſdem. ⁊ prouenient omnia iſta vt prius. ſ. tempus medij eclipſis: ⁊ locus ſolis et lune: ⁊ argumentū mediū: ⁊ argumentū latitudinis tertio equatum tempore medie eclipſis. ¶ Deinde cum argumento latitudinis lune tertio eq̃to qō nūc inueniſti intra tabulā latitudinis lune. ⁊ intra cū duplici introitu: ſi oportet.

et accipe latitudinē lune quam ibi inuenies: ⁊ partem suam: et serua ad partem. Deinde scias distantiam horarum medij eclipsis a linea meridiana scōm modū prius dictum. cum quibus horis intra tabulā diuersitatis aspectus: ⁊ accipe minuta latitudinis in directo inuenta: eodem modo procedendo nunc vt prius. s. equando illam diuersitatē aspectus pro horis ⁊ minutis: ⁊ loco lune in zodiaco tēpore medij eclipsis: et pro loco lune in epiciclo et ecētrico. Sed pro epiciclo minuta proportionalia nō sunt eodem modo que prius fuerunt: quia argumentū equatū lune non est idem. ideo oportet te intrare cum argumento lune equato ad medū eclipsis iam seruato in tabulā equationis diuersitatis aspectus. ⁊ accipe minuta proportionalia in directo ipsius inuenta. ⁊ intra cum duplici introitu si oportet. Silr locus lune nō est idem qui prius. ideo oportet te intrare pro loco lune: in quo est tpe medij eclipsis. s. de differētia q̄ est inter diuersitatē aspectus i latitudine inuēta sub signo in quo est luna: ⁊ inuēta sub sequēti: accipiēdo partē proportionalē scōm proportionē graduū ⁊ suarū fractionū que pertrāsiuit luna de signo in quo est tpe medij eclipsis ad totū signū. In alijs non differt opus: nec oportet te istā diuersitatē plus equare q̄ semel. ¶ Diuersitate aspectus i latitudine inuenta: vide eius partē: id est vtrū sit meridionalis vel septentrionalis. et est semp meridionalē in omīb⁹ regionib⁹ quarū latitudo est maior. 24. ḡ. vel q̄rū altitudo poli est maior q̄ sit maxima solis declinatio: q̄ ponit ad maximū ḡ. 24. ⁊ est idem in sententia. ¶ Habito isto postea considera vtrum diuersitas aspectus in latitudine iā inuēta: ⁊ latitudo lune prius inuēta: sint in eadē parte: id est si ambe sint meridionales: vel ambe septentrionales. tunc iunge eas sil. s. latitudinē lune et diuersitatē aspect⁹ in latitudine. ⁊ puenit latitudo lune visa ad medū eclipsis Si vo vna sit meridionalis: ⁊ alia septentrionalis. tunc subtrahe minorē de maiore: ⁊ remanebit latitudo lune visa. q̄ erit illius partis cui⁹ numer⁹ fuerit maior s. erit latitudo septētrionalis: si latitudo lune fuerit septētrionalis: ⁊ maior diuersitate aspect⁹ meridionali. Vel remanebit latitudo lune visa meridionalis: si diuersitas aspect⁹ in latitudine fuerit meridionalis: ⁊ maior q̄ latitudo lune septētrionalis. ⁊ ecōuerso. Et hoc vocat latitudo lune visa tpe medij eclipsis. ¶ Postea diuersitatē aspectus in latitudine multiplica p. 11. cū dimidio: hoc est p. 23. medietates. ⁊ hoc illo modo: Serua primo illam diuersitatē ad partē. deinde inuenias medietatē illi⁹ diuersitatis: quā etiā serua ad partē. ¶ Postea totā diuersitatē aspectus in latitudine prius seruatā multiplica p. 11. ⁊ p̄ducto add e medietatē ipsi⁹ iam seruatā. et in tali multiplicatione non fit variatio denoīationis. ¶ Postea cōsidera vtrum coniunctio sit prope caput: vel prope caudam draconis. Et hoc fac illo modo. Accipe verū motū solis ⁊ lune tpe veriſſime ꝯiūctionis: q̄ tūc sunt idē. ⁊ videas vtrū magis cōcordāt cū vero motu capitis: vel cū vero motu caude. p hoc tunc scitur vtrū vera ꝯiūctio sit prope caput: vel prope caudā draconis. nā est circa illud cū quo magis cōcordat in signis ⁊ gradib⁹. Deinde diuersitatē aspectus in latitudine multiplicatā p. 11. cū dimidio adde cū argumēto latitudinis tertio equato: si ꝯiunctio fuerit cū cauda draconis. vel subtrahe ab eo: si fuerit prope caput. Et si non posset subtrahi: adde sibi. 360. ḡ. ⁊ post h̄ subtrahe. et puenit argumentū latitudinis q̄rto equatū ad horā medij eclipsis. q̄ serua.

Et si cum illo argumēto latitudinis quereres latitudinē Lune: deberet puenire idem cum latitudine Lune visa inter Solem ⁊ Lunā quam inueniſti ⁊ ſeruaſti. Si ꝙo fuerit aliqua diſcordia: illa erit minima. ⁊ proueniet defectus ex parte iſtius operationis: et non illius.

Eclipſis Solis quantitatem ⁊ durationē reperire. ¶ Intra cum latitudine visa ſuperius reperta in tabulas eclipſis Solis. ⁊ ſi eandem latitudinē preſciſe inueneris in ſecūda tabula: que eſt longitudinis propioris: ⁊ non inueneris eā in tabula que eſt longitudinis longioris. tunc accipe puncta ecliptica. ⁊ minuta caſus que in directo eius inueneris in tabula longitudinis propioris. ⁊ ſerua quodlibet per ſe. Si ꝙo latitudinē Lune viſam non preſciſe inueneris in tabula longitudinis propioris. tunc intra primo cum minori propinquiori inuenta in eadē tabula. ⁊ puncta ecliptica: ⁊ minuta caſus in directo inuēta ſerua. Deinde intra cum maiore propinquiore in eandē tabulā. ⁊ pūcta ⁊ minuta in directo inuēta ſilr ſerua ſub alijs: quodlibet ſub ſuo genere. Deinde ſubtrahe minorē a maiori: quodlibet a ſuo genere: vt ſcias differentiā tā punctorū ꝙ minutoꝝ caſus. Et de vtraq; earū accipe partē proportionalē ſcōm proportionē exceſſus numeri cū quo intrare debuiſti ſupra numerū minorē: cū quo primo intraſti ad totam differentiā numerorū minoris ⁊ maioris: cū quibus intraſti. ⁊ iſtas partes proportionales ſubtrahe: quālibet a ſuo genere inuēte in directo minoris latitudinis Lune: ſubtrahēdo partē proportionalē pūctoꝝ a punctis inuētis in directo minoris latitudinis Lune: et partē proportionalē minutoꝝ caſus a minutis caſus in directo eiuſdē numeri minoris inuēti. ⁊ habebis pūcta eclipſis: ⁊ minuta caſus eq̄ta ꝑ latitudine Lune viſa. q̄ ſerua: quodlibet ꝑ ſe. Deinde cū argumento Lune eq̄to ad mediū eclipſis intra tabulā eq̄tionis diuerſitatis aſpect⁹: ⁊ accipe. m̄. ⁊ ī. q̄ in directo inuenerit in linea q̄ intitulat Proportiones lōgitudinū. ⁊ intra cū duplici introitu: ſi oportet: equādo ſicut pri⁹ dictū eſt. Deinde accipe partē ꝓportionalē de numero pūctoꝝ pri⁹ reſeruatoꝝ: ⁊ etiā de nūero minutoꝝ caſus ſcōm ꝓportionē minutoꝝ ꝓportionaliū q̄ nūc inueniſti de tabula eq̄tionis diuerſitatis aſpect⁹ ad. 60 m̄. Et tūc qđ prouenit ex pūctis: erit quantitas punctoꝝ corporis Solis obſcurata. Et illud quod prouenerit ex minutis caſus: diuide per ſuperationem Lune in hora. ⁊ qđ puenerit erit tēpus quod eſt a principio eclipſis. Si ꝙo latitudinē Lune viſam in vtraq; tabularum inueneris: intra vtrāq; tabulaꝝ. Primo in tabulam ad lōgitudinē longiorē. ⁊ quod ibi inueneris in directo de punctis eclipſis: de minutis caſus accipe: ⁊ ſerua ad partem. Deinde intra tabulam ad longitudinē propiorē: ⁊ ſilr accipe pūcta eclipſis: ⁊ minuta caſus que in directo inueneris: ⁊ ſub alijs ſcribe: quodlibet ſub ſuo genere. Et ſi latitudinē Lune viſam in aliqua predictarū tabularū aut in ambabus non inuenies preſciſe: tunc intra cum duplici introitu: ⁊ fac conſequēter vt prius dictum eſt. Deinde ſubtrahe numerum minorem punctorū de maiori: ſilr numerū minorē minutoꝝ caſus a maiori. ⁊ differentiam punctoꝝ ſerua per ſe. ſilr ⁊ differentiā minutoꝝ caſus. Deinde cū argumento Lune equato ad mediū eclipſis intra tabulā equatiōis diuerſitatis aſpe

ctus auctam per.6.gradus.ꝛ accipe minuta proportionalia que ī directo inue/
neris:vt prius. ¶Postea de qualibet differētia.s.tam punctorū q̄ minutoꝝ casus
accipe partē proportionalē scōm proportionē minutoꝝ proportionaliū iam inuē
torū ad.60.m̄.vt prius.ꝛ quod inde prouenerit ex punctis:adde punctis accepti
in tabula longitudinis longioris.ꝛ quod ex minutis casus puenerit:adde minu
tis casus acceptis ex eadem tabula longitudinis longioris. Et que prouenerit
post augmentū:erunt pūcta eclipsis ꝛ minuta casus equata ad locū Lune in epi
c iclo. ¶Habitis igit punctis eclipsis ꝛ minutis casus equatis ad locū Lune in
epiciclo scōm aliquem predictoꝝ modorum. Si vis scire principiū finem ꝛ dura
tionem eclipsis: Tunc minuta casus equata ad locum conīūctionis diuide per
superationem lune in vna hora scōm modum sepe dictum.s.reducendo vtrūq;
ad eandem denominationē:ꝛ postea diuidendo.ꝛ tunc in quotiente prouenient
hore. Et si aliquid fuerit residuū:vel si minuta casus reducta ad denominationē
ad quā superatio lune est reducta:non poterīt diuidi per superationē.tunc mul
tiplica ea per.60.ꝛ post diuide:ꝛ prouenient minuta hore. Et residuū iterū mul/
tiplica per.60.ꝛ diuide per idem quod prius:ꝛ proueniūt ꝫ hore. Et tunc habe/
bis horas minuta ꝛ ꝫ que sunt inter principiū eclipsis ꝛ medium: vel inter me/
dium ꝛ finem. Quas horas minuta ꝛ ꝫ subtrahe a tempore medij eclipsis:ꝛ pro
ueniet principium eclipsis. Et easdem horas ꝛc̄.adde tempori medij eclipsis:ꝛ
prouenient finis eclipsis. Et easdē dupla:ꝛ habeb̄ dupla totā durationē eclipsis.
Deinde easdem horas que sunt inter principiū ꝛ medium eclipsis:vel inter me/
dium et finem multiplica per motum solis in vna hora.et productum ostendit
quantū sol mouetur a principio eclipsis vsq; ad medium:vel a medio vsq; ad fi/
nem.et illud subtrahe a vero loco solis inuento tempore veriſſime conīūctionis
seu medij eclipsis.et prouenient verus locus solis in p̄ncipio eclipsis. Et idē adde
vero loco solis tempore medij eclipsis:ꝛ prouenient verus locus solis in fine ecli
psis. Postea easdem horas que sunt a principio eclipsis vsq; ad medium: multi/
plica per motū lune in vna hora.ꝛ quod proueniet subtrahe a vero loco lune tpe
medij eclipsis.et idem etiā subtrahe ab argumēto latitudinis lune quarto equa
to.ꝛ prouenient verus locus lune: et argumentū latitudinis lune quarto equatū
in principio eclipsis. Et idem adde eisdem: et prouenient illa ad finem eclipsis
equata. Deinde in argumento latitudinis lune quarto equato in principio
eclipsis intra tabulam latitudis lune:ꝛ inuenies latitudinē lune in principio ecli
psis. Intra etiam cum argumento latitudinis quarto equato in fine eclipsis in
eandē tabulā:ꝛ inuenies latitudinē lune in fine eclipsis. ¶Et si vis scire quan/
tum obscurabit:id est occultabit de superficie corporis solis quantū ad visum:
Intra tabulam quantitatis tenebrarum eclipsis.et puncta ibi inuenta compara
ad. 12.quia sicut se habent puncta ad. 12.ita se habet pars eclipsata ad solem: vl̄
ad eius diametrum. Vt si essent.6.puncta:medietas solis eclipsaretur. Si.4.tūc
vna tertia eclipsaretur. Si.3.tunc vna quarta. Si. 12.tūc solis diameter eclipsa
retur.et sic consequēter. ¶Et si argumentū latitudis quarto equatū fuerit a
0.in signis ꝛ gradibus vsq; ad.3.signa:eclipsabitur pars septentrionalis. Si ꝝ fo
fuerit plus.3.signis:eclipsabitur pars meridionalis.

Empus eclipsis Lune quantitatem ꝛ durationem eius inuenire.
¶Habito tempore verissime oppositiõis dieb⁹ nõ equatis: quere ad idẽ temp⁹ verũ locũ Lune:ꝛ nadir solis: ꝛ argumẽtũ lune: ꝛ argumentũ verũ latitudinis lune:et latitudinẽ lune.et considera cui⁹ partis sit illa latitudo.ſan septentrionalis vel meridionalis.Scias etiam motum solis et motum lune equatum in vna horꝛa. Similiter scias semidiametrum lune: et semidiametrũ vmbre:et aggregatum ex eis iungendo eas simul.et hec omnia serua:quia cum eis in sequentibus operaberis. Deinde cũ gradu seu vero loco solis intra tabulam equationis dierum cum noctibus suis et accipe in directo equationẽ.quam reductam ad fractiones horarũ adde tempori vere oppositionis diebus non equatis:ꝛ proueniet tempus vere oppositionis diebus equatis. Et hoc tene pro tempore medij eclipsis. ¶Deide eodẽ tẽpore scias gradũ ascendentẽ.et per illum scias vtrum horꝛa vere oppositionis luna sit supra horizontẽ:vl infra.id ẽ vtrũ oppositio vera sit de die vl̃ de nocte.quasi esset de die:non videretur eclipsis: nisi esset prope ortum vel occasum.et tunc licꝫ sit de die vera oppositio:tamen aliqua pars eclipsis posset apparere. ¶Dostea pro quãtitate ꝛ duratione inuenienda: cum latitudine lune inuenta ad medium eclipsis intra tabulas eclipsis lune: in quibus latitudo lune pro lineis numeri ponitur. Quere igit̃ latitudinẽ lune in predictis tabulis.et si eam prescise inueneris in tabula longitudinis: tunc accipe puncta eclipsis: ꝛ minuta casus: similiter minuta dimidie morꝛe que in directo inueneris in tabula longitudinis propiorꝛis.ꝛ serua quodlibet per se.Si vo latitudinẽ lune ibidem nõ presciſe inueneris.tunc intra eandem tabulã cum duplici introitu: operando eodẽ modo sicut dictum est in propositione.22.de tabulis eclipsis solis: in quibus latitudo lune visa ponitur pro lineis numeri.et puncta eclipsis:et minuta casus: ꝛ minuta dimidie morꝛe inuenta et equata pro latitudine lune serua: quodlibet per se. Deinde cũ argumento lune equato horꝛa vere oppositionis intra tabulã equationis diuersitatũ aspect⁹ auctam per.6.gradus.ꝛ accipe in directo minuta proportionalia.et intra cum duplici introitu: si indigeas: vt sepe prius dictum est. Deinde scõm proportionẽ illorum minutorꝫ ad.60.accipe partem proportionalem de punctis eclipsis: similiter de minutis casus: ꝛ de minutis dimidie morꝛe prius seruatis:que erunt puncta eclipsis:et minuta casus:et minuta morꝛe equata ad locum lune in epiciclo tempore vere oppositionis. Si vo lõgitudinẽ lune in vtraqꝫ tabula eclipsis lune inueneris.tunc intra tabulas ambas:primo ad longitudinẽ longiorẽ per modum prius dictum.et puncta eclipsis: ꝛ minuta casus dimidie morꝛe ibi inuenta serua ad partem.Deinde intra eodem modo ad longitudinẽ propiorem:ꝛ puncta eclipsis:et minuta casus: et minuta morꝛe ibidem inuenta similiter serua.Deinde subtrahe numerum minorem punctorum a maiore.et numerum minorem minutorũ casus: similiter dimidie morꝛe a maiore.et vnamquãqꝫ differentiã serua per se.Deinde cum argumento lune equato horꝛe vere oppositionis quere minuta proportionalia ex tabula equationis diuersitatis aspectus ꝛc̃.aucta per.6.g̃.per modum dictum superius.Deinde cuiuslibet differentie prius seruate accipe partem proportionalẽ scõm proportionẽ minu

torum proportionaliū in predicta tabula inuentor ad.60. Deinde partem proportionalem differentie punctorū adde punctis ad longitudinē longiorē inuentis. Eodem modo partem proportionalem differentie minutorū more adde minutis more ad longitudinē longiorē inuentis. Similiter de parte proportionali differentie minutorū casus operare. et habebis omnia illa equata ad locū lune in epicicloꝛ: seu scm remotionē lune a terra. Deinde minuta casus equata diuide per superationem lune in vna hoꝛa. ꝛ numerus quotiens erit hoꝛe. Et si fuerit aliquid residuū: multiplica illud per. 60. ꝛ productū diuide per idem qđ pri⁹ et proueniūt minuta hoꝛe. Et si aliquid sit residuū: hoc etiam multiplica per. 60 ꝛ productū diuide per idem quod prius. et proueniūt ꝛ hoꝛe. Quo facto habes hoꝛas minuta ꝛ ꝛ que sunt a principio eclipsis vsqꝫ ad principiū more: si habuerit moꝛam. vel a principio eclipsis vsqꝫ ad mediū: si nō fuerit moꝛa. Eodē modo minuta more diuide per superationē lune in vna hoꝛa. ꝛ proueniūt hoꝛe minuta ꝛ ꝛ vel minuta ꝛ ꝛ solum: si non fuerit aliqua hoꝛa: q̄ sunt ab initio more vsqꝫ ad medium eclipsis. Quo facto hoꝛas que sunt a principio eclipsis vsqꝫ ad medium: si non habuerit moꝛam: subtrahe a tempoꝛe veriſſime oppositionis dieb⁹ equatis. ꝛ remanebit tempus principij eclipsis. Et si easdem hoꝛas addideꝛ ad tempus veriſſime oppositionis: proueniet tempus finis eclipsis. Subtrahe etiā tempus quod est a principio more vsqꝫ ad mediū eclipsis a tēpoꝛe veriſſime oppositionis: et remanebit principiū more. Et si idem addideris ad tempus veriſſime oppositiōis: proueniet finis moꝛe. Et si duplaueris tempus quod est a principio eclipsis vsqꝫ ad mediū: proueniat tota duratio eclipsis a principio vsqꝫ ad finem. Et si duplaueris tempus quod est a p̄ncipio more vsqꝫ ad mediū eclipsis ꝓueniet tota moꝛa. s. q̄diu stat tota luna in vmbꝛa. Deinde hoꝛas que sunt a p̄ncipio eclipsis vsqꝫ ad mediū: multiplica per motū lune in vna hoꝛa. ꝛ quod proꝛ uenerit subtrahe a vero loco lune inuēto tempoꝛe veriſſime oppositionis: ꝛ etiā ab argumento latitudinis secundo equato. et habebis verum locum lune: ꝛ argumētū latitudinis equatū tempoꝛe principij eclipsis. Et si illud quod nūc subtraxisti addideris eisdem: habebis verum locum lune: ꝛ argumentū latitudinis equatum tempoꝛe finis eclipsis. Latitudinē autē lune ad ista tria tempoꝛa inueniesꝰ intrando tabulam latitudinis lune cum istis tribus argumentis lune. s. in principio medio et fine eclipsis ¶ His habitis: si vis scire quantū de superficie lune eclipsabitur: ꝛ puncta eclipsis fuerint minus. 12. Intra cum eisdem tabulā quātitatis eclipsis. et in directo eoꝛū intra tabulā secūdā: q̄ est quātitas eclipsis lune. ꝛ quod in directo inuenies est quātitas circuli lunaris eclipsata scm quātitatē. 12. punctorū in circulo lunari contentoꝛ.

O loꝛes eclipsium anteq̄ eueniant cognoscere. ¶ Considera latitudinē hoꝛa veriſſime oppositionis vel coniūctionis. que si fuerit ab. 1. minuto in. 10. erit eclipsis nigerrima. Si a. 10. vsqꝫ ad. 20. erit nigra habens in se viredinē. Si a. 20. vsqꝫ. 30. erit nigra cum rubedine. Si a. 30. vsqꝫ ad. 40. erit nigra cū palloꝛe. Sed si a. 40. vsqꝫ ad

30.grisea cum albedine. ¶Est etiam alius modus: quem scōm Johannē de linerijs debes coniūgere cum primo modo:donec scrutemur scientiam colorīs Et est iste.s.q̄ consideretur distātia lune ab auge epicicli. Que si fuerit.3.signa vel prope:erit eclipsis nigerrima. Et si fuerit.2.signa ꝛ.30.ḡ.vel.3.signa ꝛ.30.ḡ. erit nigra cum viriditate.Si fuerit.2.signa:vel.4.signa:erit nigra cum rubedine.Et si fuerit vnū ꝛ dimidiū:vel.4.et dimidiū:erit nigra cum pallore.Et si fuerit. 1.vel.5.erit grisea. Si autē fuerit.30.ḡ.vel.5.signa et.30.ḡ.erit grisea cum albedine.Et licz Johannes de linerijs illud indifferēter dicat de qualibet eclipsi: alij tamen hoc restringunt ad eclipses lune.¶Alij ponunt differenter de coloribus eclipsis solis et lune: et ponūt talē figurā. Considera distantiā coniūctionis solis et lune a capite vel a cauda draconis in eclipsi solis: et inuenias colorē eclipsis solis in directo numeri distantiam significantis vsq̄ ad. 12.et vltra. 12.non fit eclipsis.Sed in eclipsi lune considera latitudinē lune:vt patet in tabula inter alias tabulas eclipsium superius descripta.

Propositio Trigesimatertia.

Euolutionem cuiuslibet annorum mundi: vel reuolutionem annorum nati:et etiam reuolutionem alicui⁹ alterius rei habētis exordiū: vtputa edificij: inuenire. ¶Sciendum q̄ reuolutio anni est reuolutio solis ab eodē puncto in eundem:vel reditus solis in eundem punctū:in quo fuit in principio illius anni. Et nota q̄ reuolutio annorum mundi est introitus solis in principium vel primū minutū signi Arietis. Reuolutio alicui⁹ nati est reuersio solis ad eundem punctum zodiaci:in quo fuit natiuitatis hora. Reuolutio annorū alicuius edificij est reuersio solis ad eundem locum in Zodiaco: in quo fuit in principio fundationis:scilicet quando ponebatur primus lapis. ¶Cum igitur volueris reuolutionem annorum mūdi:siue natiuitatis:siue alterius principij inuenire:Habeas primo introitum Solis Arietem: vel in aliquod aliud signum bene verificatum.vel radicem natiuitatis: vel alterius rei originem habētis in aliquo anno tibi noto sub certo numero dierum minutorum ꝛ secundorum quantum est possibile.Similiter scias annū incarnationis: in quo vis scire tempus: scilicet diem ꝛ horam in quo sol redibit ad eundem punctum in quo fuit in illo exordio radicis.ꝛc̄.Deinde subtrahe minorem a maiori.et residuum erit illud quod trāsiuit de annis ab illo exordio.Deinde cum dictis annis qui sunt inter radicem ꝛ reuolutionem intra tabulam reuolationis annorum mūdi.et inuenies in directo in fractionibus illud quod debet addi.Superadde igitur illas horas et minuta ꝛ ī equationis horis radicis.et quod post additionem prouenerit:si minus vigītiquattuor horis fuerit serua: quia ipse sunt horе illius diei qui ex mense preterijt.Si autem fuerint plures vigintiquattuor horis:tunc pro vigintiquattuor horis vnum diem diebus mensis superadde.ꝛ residuum erūt horе ꝛ minuta illius diei que ex diebus et horis prouenerint:si annus ille fuerit bisexti

lis:ꝛ trãſiuerit Februarius: de diebus quas habes vnum diem amoue.ꝛ quod remãſerit: erunt dies equati.Et ſi annus non fuerit biſextilis: illud qđ habuiſti ſerua: quia illi erunt dies equati. Quicquid ergo ex diebus: ꝛ horis: ꝛ minutis de menſe tranſactis habueris:dies et horas ꝛ minuta equationis nuncupabis. His itaq; peractis ſcias verum locum ſolis ad illas horas equatas.Et ſi eius verus locus ab illo vero loco querit in radice non diſcordat: ipſa eſt reuolutionis hora. Si autẽ maior fuerit: differentiam diuide per motum ſolis in vna hora.ꝛ prouenient horæ ſeu minuta horæ: vel etiã ſcõm qꝫ diuiſeris.que ſubtrahe ex horis equatiõis.Si ℞o minor eo fuerit: ſimiliter differentiam diuide per motum ſolis in vna hora:vt prius.ꝛ quod proueniet:ſuper horas equationis adde. Sic igit facies donec horæ equationis: in quibus ſol ad ſuum veriſſimũ locum quẽ in radice habuerit redierit. Diuerſitas autẽ iſta ita qꝫ ſol poſtq; equatus fuerit nõ redit ad eundẽ locum in quo fuit:eſt propter motum lõgitudinis longioris ſolis in annis qui ſunt inter annũ radicis ꝛ annũ reuolutionis. Si ℞o ſol fuerit circa longitudinẽ longiorem aut propinquiorẽ:nullam ſenſibilem diuerſitatem inuenies.Et quanto magis ab his duobus punctis elongabitur: tanto maior diuerſitas apparebit.Deinde horas illas in illi⁹ diei horas diuerſi vertas per tabulas eq̃tionis dierũ.ad q̃s horas deinde cõſtitue aſcẽdens ꝛ ceteras domus.

Euolutionem tamen gradus equinoctialis aſcendentis anni ſi voluleris per tabulas inuenire. ¶Sciendum qꝫ reuolutio Aſcendentis anni nihil aliud eſt q̃ inuenire gradum aſcẽdentẽ: videlicet equinoctialis: ꝛ non zodiaci in cõtactu horizontis: cum reuolutio anni ꝛc̃.fuerit completa. Cũ igit hoc volueris Scias primo gradum equinoctialis exiſtentem in ortu in aliquo anno tibi noto ſub certo numero ab Ariete in equinoctiali vſq; ad punctum equinoctialis qui eſt in ortu preſciſus quo poteris:videlicet radicem aliquã.et hanc ſcribe ad partem.Deinde intra cum numero annorum qui ſunt a tempore radicis tue vſq; ad illum annũ cuius Aſcendens queris in tabula reuolutionis Aſcedentiũ annorũ.ꝛ numerũ graduũ quẽ in directo inueneris ꝛ minutorũ ꝛ ſecundorũ ꝛc̃.adde cum radice tua.ſ.gradus cum gradibus: minuta cum minutis ꝛc̃. Et ſi poſt additionẽ prouenerint plures gradus q̃.360.remoue inde.360.ꝛ reſiduum ſerua: quia eſt illa pars que eſt in ortu in illa reuolutione.Qua habita:pars zodiaci que eſt in ortu inuenitur per tabulas Primi mobilis.ſ.Aſcenſionis ſignorum in regione tua: prout ibi docetur.

Enſis cum cuiuſq; volueris initium ſcire ex menſibus reuolutionis. ¶Aſpice quot menſes cõpleti ſunt preteriti.ꝛ in tabula inquire talem numerũ in regula menſiũ:ꝛ accipe quod inueneris in directo tabule dierũ horarũ ꝛ fractionũ.et quod inueneri adiũge diebus horis ꝛ fractionib⁹ horæ radicis natiuitatis aut reuolutionis anni eius.ſ.quẽ incipere volueris.ꝛ ex eo toto qđ exiuerit inde fac mẽſes la-

tinos: quia in illis est radix reuolutionū. Et incipies ab eo mēses in quo fuit nativitas vel reuolutio. s. ab illo earū a quo incepisti: z ejcias menses perfectos. et quod tibi remanserit de diebus horis z fractionib⁹ aspice: quia in tot diebus mensis latini erit reuolutio mensis quem postulasti.

Si volueris scire gradū signoꝝ q gubernat vnoquoq; mense: intra cū diebus cōpletis quos de mēsib⁹ trāsiuisti reuolutionū tabulam additionis dierū. et quod in eius directo inueneris de gradibus z minutis accipe. z adiunge illud gradib⁹ signi cuiuslibet hyleg mēsis illius. et ex eo quod exierit: accipe signa mensiū: dando cuilibet signo. 30. gradus. z in quo gradu illius signi finierit numer⁹ quem posuisti: ille gradus erit gubernator cuiuslibet hyleg.

Figurā Eclipsis Lune depingere. ¶ Protrahe lineā rectā: quā diuide in duas partes eq̄les. z vnā eius medietatē diuide i partes equales ad libitū numero. ita tn̄ q̄ ille partes sint tot q̄t sunt minutaim aggregato ex duob⁹ semidiametris. s. Lune z vmbre. z pūcto in medio p̄dicte linee facto centro: describe circulū cui⁹ ipse sit diameter. qui erit circulus cōis vmbre z Lune. sup cuius circūferentia erit centrū Lūe i hora initij vl finis eclipsis. Deiñ ꝺ semidiametro p̄dicti circuli accipe vnā partē a cētro versus circūferentiā: q̄ sit equalis semidiametro vmbre: z residuū ei⁹ sit equale semidiametro Lune. Deinde supra dictū centrū fac circulū vmbre scꝺm quātitatē semidiametri ei⁹. Quos circulos quadrabis duab⁹ lineis supra centrū eoꝝ se secantib⁹ ad angulos rectos. Sup quarū capita describe quattuor partes mundi. Deinde de predicta linea diuisa accipe vnam partē scꝺm quantitatem latitudinis Lune ad mediū eclipsis. quā latitudinē seruabis a centro in secunda diametro versus suā partē: id est versus meridiē: si fuerit meridiana. vel versus septentrionē: si fuerit septentrionalis. Eodē modo facias de latitudine Lune ad initiū z ad finē eclipsis. Postea duc lineā paralellā diametro a loco latitudinis Lune ad initiū eclipsis versus occidentē. z seruabis locū cōtactus in circūferentia circuli cōis: quia ibi erit centrū Lune ad initiū eclipsis. Silr duc aliā lineam paralellam diametro a signo latitudinis Lune ad finē eclipsis versus orientē. z vbi tāgit circūferētia circuli cōis: ibi erit centrū Lune in fine eclipsis. Cētrū autē Lune in medio eclipsis est in loco latitudinis Lune in diametro. Et sup huiusmodi centrū describe circulū scꝺm quantitatē diametri Lune. Et si ceciderit totus circulus ille Lune intra circulū vmbre: obscurabit tota Luna. Si autē nō totaliter ceciderit intra circulū vmbre: sed aliq̄ eius pars. ita obscurabit eadem pars de Luna. Silr describe scꝺm quātitatē eandem circulū in cōtactu linee paralelle in circūferentia circuli cōis versus occidentē. z ille erit circulus Lune in p̄ncipio eclipsis. Eodē modo in loco cōtactus linee paralelle cū circūferētia circuli cōis versus orientē fac circulū scꝺm eandem quātitatē. qui erit circulus Lune in fine eclipsis. Et quilibet illorū duoꝝ circuloꝝ lunariū: quoꝝ centra sint sup̄ circūferētia circuli cōis: cōtingit circulū vmbre. ¶ Exempli gr̄a: sit linea

b.d.diuisa in duo eqlia in pūcto.o.et medietas.o.d.sit diuisa in tot partes equales quot sunt minuta in semidiametro lune ꝛ vmbre simul iunctis. Deinde describe circulum:a.b.c.d.supra punctum.o.scōm quantitatē linee.o.d.qui est circulus cōmunis:quia continet totū spacium celi in quo fit eclipsis a pncipio vsq; ad finem.et habet centrum suum in circumferentia ecliptice. Deinde semidiametrum.o.d.diuide in duas partes in puncto.e.ꝛ sit pars.e.o.equalis semidiametro vmbre.ꝛ alia pars scz.e.d.sit equalis semidiametro lune. Deinde supra dictum centrum scz punctum o.describe circulum scōm quantitatē linee.o.e.ꝛ sit circulus.e.n.f.t.qui est circulus vmbre. Illos duos circulos quadrabis duabus diametris scz.a.c.ꝛ.b.d.orthogonaliter se intersecantibus super centrum.o. et sit.a.Meridies.b.Oriens.c.Septentrio.d.ꝙo sit Occidens. Deinde si latitudo lune ad initium eclipsis fuerit meridiana:accipe quantitatē eius in diametro.a.o.c.ex puncto.o.versus pūctū.a. Si ꝙo latitudo lune fuerit septētrionalis:accipe eam ex puncto.o.versus.c.et signum latitudinis sit.f.Similiter accipe latitudinem ad finem eclipsis:cuius signū sit.l.ꝛ ad medium eclipsis: cuius signum sit.s. Postea ex puncto.f.duc lineam equidistantē linee.o.d.versus occidentem vsq; ad circumferentiam circuli cōmunis.ꝛ punctus incidentie ipsius in circulo cōmuni sit punctus.k. Similiter ex puncto.l.duc lineam equidistantem linee.o b.versus orientem vsq; ad circumferentiam circuli cōmunis.et sit punctus incidentie ipsius in circulo cōmuni.m. Deinde describe circulum lune scōm quantitatem semidiametri eius scz lince.e.d.in tribus locis: scz ad principium eclipsis supra punctum.k.ad medium supra punctum.p.ꝛ ad finem supra punctum.m. Et tū c si circulus supra punctum.p.ceciderit totaliter intra circulum vmbre:luna obscurabitur tota. Si autē nō totaliter ceciderit intra circulum vmbre: tunc non obscurabitur tota.sed obscurabitur scōm partem que intra predictum circulum vmbre cadit. Reliqui ꝙo duo circuli lune erunt contingentes circulum vmbre in punctis.r.ꝛ.b. Et linea.k.p.m.ostendet transitum lune a pncipio eclipsis vsq; ad finem.et linea.b.o.d.representat ecliptica.ꝛ linea f.k.ostendit latitudinem lune ad principium eclipsis.Sed linea.l.m.ostendit latitudinem lune ad finem eclipsis.ꝛ punctus.p.ostendit latitudinem lune ad medium eclipsis. et linea.q.o.k.ostendit centrum tenebrarum ad principium eclipsis.ꝛ linea.g.o m.ostendit centrum tenebrarū ad finem eclipsis.Et hec omnia patent in figura tua industria ex iam dictis depingenda.

Figurā Eclipsis Solis depingere. ¶ Protrahe lineā rectā.quā primo diuide in duo equalia.Deinde vnam eius medietatē diuide in partes equales ad libitum tuū.ita tamen ꝙ ille partes sint equales numero minutorū duarum semidiametrorum solis ꝛ lune: vel maior eis. Deinde scōm quantitatē illius medietatis sic diuise fac circulum cōmunē:ponendo scz pedem circini immobilem in medio illius totalis linee.ꝛ reliquū extendens ad eius extremitatem:ꝛ fac circulum.quem quadra cum duabus diametris orthogonaliter se secantib⁹ super centrū.in quarū extremitatibus quattuor partes mundi describe: scz Oriens a sinistris:et Occidens ad dextrum: ꝛ Meridiem superius: ꝛ Septentrionē inferius. Postea de

eadem linea accipias vnam partem a centro versus circumferentiã scõm quan titatẽ semidiametri solis.z residuũ sit equale semidiametro lune. Deinde super centrum circuli cõmunis fac vnum circulum scõm quantitatem semidiametri solis hoc modo. Pone pedem circini immobilẽ super centrum circuli cõmunis et extende mobilem ad punctum diuisionis iam facte: z describe circulum: qui erit circulus solis.z includitur in predicto circulo cõmuni. Deinde accipias de predicta linea diuisa vnam partem:que sit equalis latitudini lune vise ad initiũ eclipsis Cui accipe equalẽ ad illam partem: versus quã fuerit latitudo lune in principio eclipsis.vt si latitudo lune in ꝓncipio eclipsis fuerit meridionalis: tũc accipias eam a centro circuli cõmunis versus punctũ meridiei. Si ỽo latitudo lune in principio eclipsis fuerit septentrionalis.tunc accipias eam a centro circuli cõis versus punctũ septẽtrionis. Sil'r figurabis locum latitudinis lune ad mediũ eclipsis in parte in qua fuerit illa latitudo. Et codẽ modo ad finẽ eclipsis Postea duc lineã paralellã seu eqdistantẽ diametro a signo initij eclipsis versus occidentẽ.Et nota locũ contactus eius cũ circũferẽtia circuli cõis. Deinde duc aliã lineã paralellã diametro a signo finis eclipsis ad orientẽ. z sil'r nota cõtactũ eius in circũferẽtia circuli cõis. Deinde accipias de linea diuisa vnã partẽ scõm quantitatẽ semidiametri lune.et facias scõm quantitatẽ eiusdẽ linee circulũ lunarẽ.cuius centrũ erit cõtactus linee paralelle cũ circũferẽtia circuli cõis paralelle versus occidentẽ.z ibi erit luna in principio eclipsis. Sil'r fac circulũ consimilem in loco cõtactus alterius linee cũ circũferẽtia circuli cõis versus orientẽ. et ibi erit luna in fine eclipsis. Eodẽ modo describe circulũ lunarẽ scõm eandẽ quantitatẽ sup signũ latitudinis lune vise hora visibilis coniũctionis seu medie eclipsis,z ille circulus ostẽdit quantũ obscurari debeat de sole hora coniũctiõis visibilis.quia quãtũ ille circulus detegerit de circulo solis: tantũ obscurabit de sole. ℂ Exẽpli gra.Sit linea.a.e.c. ptracta diuisa in duo eq̃lia in pũcto.e.cuius medietas.a.e.sit diuisa i tot partes eq̃les q̃t sunt minuta i aggregato ex semidiametris solis z lune sil'iũctis.Quã vlteri9 diuide in duas partes in pũcto.s.ita q̃ pars.e.s.sit eq̃lis semidiametro solis.z reliq̃ scz.s.a.sit equal' semidiametro lũe Deinde habeas pedẽ circini ĩmobilẽ in pũcto.e.z mobilẽ extẽde vsq; in.a.z describe circulũ.a.b.c.d.scõm qnãtitatẽ linee.e.a.q̃ est eq̃lis semidiametris solis z lune sil'iũctis.z ille circulus est cõis.z centrũ ei9 erit pũct9.e.z diameter linee.a.e.c. Deinde duc aliã diametrũ scz lineã.d.e.b.intersecantẽ ꝑdictã diametrũ orthogonaliter in pũcto.e. Ille duo diametri diuidũt predictũ circulũ cõem in.4. pũctis:scz.a.b.c.d.in.4.partes equales.z sit.a.pũct9 occidẽtis.b.meridiei.c.orientis.d. ỽo septẽtrionis. Deinde sup cẽtrũ.e.describe circulũ scõm quãtitatẽ linee e.s.scz semidiametri solis:q sit circulus k.s.f.b.z ille erit circulus solis. Deinde scõm quãtitatẽ minutoꝝ latitudis lune vise in ꝓncipio eclipsis accipias partẽ de diametro.d.e.b.ad illam partẽ versus quam est illa latitudo.vt si fuerit latitudo septentrionalis lune:accipe quantitatẽ eius in predicta diametro ex puncto.e. versus d.Si ỽo latitudo lune fuerit meridionalis: accipe quãtitatẽ eius ex puncto.e.ỽsus.s.z signa eã ꝑ punctũ.p.Eodẽ modo signa quãtitatẽ latitudinis lune ĩ eadẽ diametro.z partẽ ei9 ĩ medio eclipsis ꝑ pũctũ.m.z ĩ fine eclipsis ꝑ pũctũ.n

Sit igif latitudo Lune in principio eclipfis feptẽtrionalis defignata p lineã.e.p. et latitudo lune i medio eclipfis meridionalis defignata p lineã.e.m.z latitudo i fine eclipfis fiſr meridiana p lineã.e.n. Deinde a pũcto.p.q defignat latitudinẽ lune in principio eclipfis: duc lineã.p.q. verſus occidentẽ ad circũferentiã circuli cõis: z eqdiſtantẽ ſemidiametro.e.a.z pũctus incidẽtie i circulo cõi ſit.q. Siſr a pũcto.n.q defignat latitudinẽ lune i fine eclipfis: duc lineã.n.g. verſus orientẽ vſq; ad circũferentiã circuli cõis eqdiſtantẽ ſemidiametro.e.c.z ſit pũctus incidentie in circulo cõi pũctus.b. Deinde ſup pũctũ.q. in circulo cõi deſcribe circulũ ſcõm quãtitatẽ ſemidiametri lune.ſ.linee.ſ.a.g erit circulus lune in principio eclipfis.z continget circulũ Solis in pũcto.k. Eodẽ modo deſcribe circulũ lune ſcõm eandẽ quãtitatẽ ſup pũctũ.b.g erit circulus lune i fine eclipfis.g etiã cõtinget circulũ ſolis in puncto.f. Siſr deſcribe circulũ lune ſup pũctũ.m.q eſt ſignũ latitudinis lune viſe in medio eclipfis. Et tunc quantũ de circulo lune deſcripto ſup punctũ.m. ſubintrabit circulũ ſolis tantũ eclipſabiſ de ſupficie corporis ſolis.z infra ambitũ iſtius circuli lune incidet pars circuli ſolis eclipſata.f.ſ.b.k.l. Ex bis igif patet: q principiũ eclipfis eſt in puncto.q. finis in puncto.g.z mediũ in puncto.m. Et linea ducta a puncto.q. ad punctum.g. oſtendit tranſitũ lune a principio eclipfis vſq; ad finem.z linea.q.e. oſtendit centrum tenebrarũ ad principiũ eclipfis. Et linea.e.g. oſtendit centrũ tenebrarũ ad finẽ elipſis. Et hec patent in figura tua induſtria ex dictis depingenda.

¶ Expliciunt Canones ſiue Propoſitiones in tabulas Alfonſinas. Partim aliorũ mere ſunt: partim noſtri. In noſtris conati ſumus exprimere ſtilum aliorũ: quo vnũ corpus concors videant: z Thorax ipſe non a capite z reliquis membris diſſidere. Tabularum tamen primi motus (quarum nullas Alfonſus compoſuit) propoſitiones pretermiſimus: q Aſtronomie ſtudioſos ad tabulas Primi mobilis: quas de directionib⁹ Johãnis de Lꝛſdonte regio appellari libuit: delegamus. In quo opere vir ille erigendi Themata cõmunẽ modũ proſequif: necnon rationalẽ: quem ipſe approbat: quiq; cõmodior eſt: q nõ ad mediũ climatis ſolũ vt ceteri: ſed etiã ad vnãquãq; ciuitatem z locum accõmodari poteſt: preter cetera que ibi ſcitu iocundiſſima tractentur.

Finis.

¶ Emendanda in tranſcurſu errata i tabella latitudinis Veneris z Mercurij vtrobiq; pro Efiregl. ſeptl. lege Declinatio et pro Efiregl. met. Reflexio.

Tabula Regionū Prouinciarū ac Ciuitatū insignioꝝ Europe: Et que in vicinijs singularum iacent ad scriptas tanq̄ primarias reducentur: pauxillo quopiā interuallo nullam differētiā notatu dignā importante.

Nomina oppidoꝝ		Polares			Nomina oppidoꝝ		Polares		
		hō	m̄	g			hō	m̄	g
Hybernia	oc.	0	8	59	Madeburgum	oc.	1	40	54
Scotia	oc.	0	48	59	Erfordia	oc.	1	28	51
Oxonium	oc.	0	32	53	Lips	oc.	1	34	51
Compostellum	oc.	0	16	45	Ingelstadium	oc.	1	28	49
Lisibona	oc.	0	16	41	Nurenberga	oc.	1	24	49
Toletum		0	0	41	Ratispona	oc.	1	30	49
Corduba	oc.	0	3	38	Ulma	oc.	1	24	47
Cesarauguſta	oc.	0	18	41	Praga	oc.	1	48	50
Rhotomagus	oc.	0	41	50	Vratislauia	oc.	2	4	51
Parisius	oc.	0	54	48	Cracouia	oc.	2	20	51
Lugdunū	oc.	0	53	45	Laschonia	oc.	2	20	50
Burdigala	oc.	0	32	45	Buda	oc.	2	14	45
Auinio	oc.	0	52	44	Segnia	oc.	1	54	45
Tolosa	oc.	0	41	43	Vienna pānonie	oc.	1	39	48
Vienna prouintie	oc.	0	54	44	Patauia	oc.	1	34	48
Massilia	oc.	0	56	53	Saltzeburgum	oc.	1	36	48
Brugis	oc.	0	48	52	Judeburgum	oc.	1	36	47
Bandauū	oc.	1	0	52	Villacum	oc	1	37	46
Traiectum	oc.	1	12	53	Brixina	oc.	1	32	45
Colonia agrippina	oc.	1	11	51	Venetie	oc.	1	34	45
Machlinia	oc.	1	0	51	Ancona	oc.	1	38	44
Maguntia	oc.	1	9	50	Roma	oc.	1	40	42
Herbipolis	oc.	1	20	50	Tarentum	oc.	2	8	40
Argentina	oc.	1	12	47	Brundusium	oc.	2	4	39
Constantia	oc.	1	14	46	Neapolis	oc.	2	0	41
Augusta vindel.	oc.	1	34	46	Florentia	oc.	1	34	43
Datia	oc.	1	50	58	Mediolanū	oc.	1	24	44
Suetia	oc.	1	52	62	Taurinū	oc.	1	22	43
Lubecca	oc.	1	40	56	Genua	oc.	1	20	43
Dantiscum	oc.	2	20	56	Sardinia	oc.	1	6	38
Brunsuiga	oc.	1	24	53	Sicilia	oc.	1	54	37

g. polares

¶ Equato: dierum: siue Equinoctia
0 lis habet diem horarum. 12. semp
1 cōtinue. Et vnus gradus longitu/
2 dinis cōtinet miliaria. 60.
3
4
5 Prim⁹ paralellus differēs ab equi·
6 noctiali hoꝝ. 0. mñ. 15. habens diem
7 maiorem hoꝝ. 12. mñ. 15.
8
9 Secundus paralellus differēs ab
10 equinoctiali hoꝝ. 0. mñ. 30. diem ha;
11 bens maiorem hoꝝ. 12 mñ. 30.
12

¶ Climatis primi principiū. g̃. 12.
13 mñ. 45. ⁊ est
14 Tertius paralellus differēs ab eq/
15 noctiali hoꝝ. 0. mñ. 45. habens diem
maiorē hoꝝ. 12. mñ. 45. Gradus vn⁹
16 continet miliaria. 59.

Climatis primi mediū. g̃. 16. mñ. 40
17 Et est
18 Quartus paralellus per Meroen
19 differens ab equinoctiali hoꝝ. 1. ha
20 bens diem maiorē hoꝝ. 13.

¶ Climatis secūdi principiū: ⁊ finis
21 primi est. g̃. 20. mñ. 30. Et est
22 Quintus paralellus: differens ab
23 equinoctiali hoꝝ. 1. mñ. 15. habens
24 diem maiorem hoꝝ. 13. mñ. 15.

g. pol.

Climatis secundi mediū est g̃. 24.
25 mñ. 1. Et est
26 Sextus paralellus Tropicus Can
cri per Sienē: differēs ab equino/
ctiali hoꝝ. 1. mñ. 30. habens diē ma/
iorem hoꝝ. 13. mñ. 30. Gradus conti
27 net miliaria. 57.

¶ Climatis tertij principium: ⁊ finis
28 secundi est. g̃. 47. mñ. 30. Et est
Septimus paralellus: differēs ab
eqnoctiali hoꝝ. 1. mñ. 45. habēs diē
29 maiorē hoꝝ. 13. mñ. 45.
Et est
Climatis tertij mediū. g̃. 30. mñ. 42.
30 Octauus paralellus p Alexandriā
31 differēs ab equinoctiali hoꝝ. 2. ha/
32 bens diem maiorem hoꝝ. 14. Gra/
33 dus continet miliaria. 54.

¶ Climatis quarti principiū: ⁊ finis
34 tertij est. g̃. 33. mñ. 30. Et est
35 Nonus paralellus: differēs ab eq/
noctiali hoꝝ. 2. mñ. 15. habens diem
36 maiorē hoꝝ. 14. mñ. 15.

Climatis quarti mediū est. g̃. 36.
37 mñ. 24. Et est
38 Decimus paralellus per Rhodū;
differēs ab equinoctiali hoꝝ. 2. mñ.
30. habens diem maiorem hoꝝ. 14.
39 mñ. 30. Grad⁹ continet miliaria. 50.

¶ Climatis quinti principiū: ⁊ finis

g.polare

40 quarti est ḡ.39.m̃. Et est
Undecim⁹ paralellus: differens ab
eqnoctiali hoꝝ 2.m̃.45.habens die
41 maiorem horarū. 14.m̃.45.

Climatis quinti medium est ḡ.41.
42 m̃.20. Et est
Duodecimus paralellus per Hel-
lespontū: differēs ab equinoctiali
hoꝝ.3.m̃.30.habēs diem maiorem
horarū. 15.m̃.0. Gradus continet
43 miliaria.47.

¶ Climatis sexti principium: ꝛ finis
44 quinti est.ḡ.43.m̃.30. Et est
Tertiusdecimus paralellus p Bi-
santium: differens ab equinoctiali
hoꝝ.3.habēs diem maiorē hoꝝ. 15.
45 m̃. 15.

Climatis sexti mediū est.ḡ.45.m̃.24.
Et est
46 Quartusdecim⁹ paralellus per pō
tū: differēs ab equinoctiali hoꝝ.3.
m̃.30.habens diem maiorem. ho-
47 rarum. 15.m̃.30.

¶ Climatis septimi principium: ꝛ fi
48 nis sexti est.ḡ.47.m̃. 15. Et est
Quintusdecim⁹ paralellus p Bo-
risthenen: differēs ab equinoctiali
49 hoꝝ.4.habens diē maiorē hoꝝ. 16.

Climatis septimi medium est.ḡ.
50 48.m̃.40.

g.polo.

¶ Climatis octaui mediū est.ḡ.50.
51 m̃.40

53 Sextusdecim⁹ paralellus differēs
ab equinoctiali hoꝝ.4.habens die
maiorē horarū. 16.m̃ 30. Gradus
54 miliaria.42.cū dimidio.

¶ Climatis noni medium est.ḡ.54.
55 m̃. 1. Et est
Decimusseptimus paralellus: dif-
ferēs ab equinoctiali hoꝝ.5.habēs
56 diem maiorem hoꝝ. 17.

57 Decimusoctauus paralellus: diffe
rens ab equinoctiali hoꝝ.5.m̃.30.
habens diem maiorem horarū. 17
58 cum dimidia.

59 Decimusnon⁹ paralellus: differēs
60 ab equinoctiali hoꝝ.6.habēs diem
maiorem horarū. 18. Gradus con
61 tinet miliaria.32.ꝛ semis.

62 Vigesimus paralellus: differēs ab
ab equinoctiali hoꝝ.7.ꝛ habet die
maiorem horarū. 19.

63 Vigesimusprimus paralellus per
Thylen insulam: differēs ab equi-
noctiali horis.8.habens diem ma
iorem hoꝝ.20.

Tabula Quantitatis Dierum.

